

Febr. 28. Biancolini, Chiese di Verona IV, p. 675; Troya 570. 2. 150

?

— Ticini in eccl. S. Mariae ad Perticas. Epitaphium Raginthrudae reginae (uxoris Liutprandi aut Hildeprandi?). Muratori, Ant. Est. I, 73; Troya 572.

744. Ind. 12—Spt. 1—13; Liutprandi a. 32; Hildeprandi a. 9. 10.

Jan. Ticini Liutprandus rex moritur, sepelitur in basilica S. Adriani. PD. VI, 58 (Mensis mortis computatur ex eo, quod Paulus et Ms. Goth. Liutprandum a. 31, menses 7 regnasse referunt. Ossa regis a. 1173. in ecclesiam S. Petri quae vocatur Coelum Aureum translata sunt).

— Ticini in ecclesia S. Petri. Epitaphium Liutprandi regis (multo post mortem eius factum). Sigonius, de regno Italiae l. III, opp. II, 138; Muratori, SS. I, 1, 511; Zanetti II, 600; Troya 564; SS. Lang. p. 187 n. etc.

Mart. 31. Ticino in palatio. Hilprandus rex confirmat ecclesiae SS. Antonini et Victoris sitae extra muros civitatis Placentinae et Thomae episcopo, custodi eius, omnes possessiones et nominatim monasteria SS. Thomae et Syri, prope Placentiam situm, Florentiola, Tolla, Grauaco; confirmat privilegia a (Liutprando) patruo suo concessa, donat lectum Padi, unde ante hoc dies cucurrit et nunc reliquit prope civitate Plac. A. regni nostri IX, per ind. XII. Ex arch. cath. Plac. ed. Campi I, 453; Mabillon, Ann. Bened. II, App. no. 25; Troya 566. — Hoc praeceptum citatur a Ludovico I. imp. a. 820, Apr. 27; Campi I, 455; Troya 571. 2; BR 329; Sickel 154. 151

Apr. In Reate. Teudemundus actionarius concambiat, cum voluntate Fulcualdi abbatis monasterii S. Mariae, 'in monasterio S. Georgii medietatem de casale qui dicitur Pacilianus, casas, vineas, terras; unde' recipit 'portiuunculam Urselli in Aquaviva, casas, vineas, terras. Temp. dñi Transmundi . . ducis g. L. et v. m. Picconis gastaldi civ. Reatinae . . . per ind. XII'. (Error in ind., cum a. 744. Agibrand ducatum Spoletinum obtineret). Reg. Farf. no. 34; Troya 567. 152

Jun. In Beneventano palatio. Gisolphus dux (Beneventanus) donat Zachariae abbati (S. Sophiae) 'condomam nomine Palumbus piscator, qui habitare videtur ad Pontem Lapidum et fuit de subactione Secundi gastaldi et vestarii'. Reg. S. Soph. II, 11; Ughelli X, 451; Troya 568. 153

Aug. Beneventi in palatio. Gisulphus dux (Beneventanus) confirmat Zachariae abbati S. Sophiae omnes possessiones, privilegia constituit. Reg. S. Soph. II, 7; Ughelli X, 448; Troya 569. 154

— — 'Praeceptum Hildeprandi regis, quod fecit ad ecclesiam